



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 22. Papa Albertum Austriacum agnoscit Regem Romanorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Guilielmus Nogaretus erat vir Nobilis ex Occitania, anno 1294 Nemausi judex Major, dein a Rege ad plura gravis momenti negotia adhibitus; & hoc ipso anno 303 sigilli regii Custos factus.

ÆCUL.XIV.

A.C.1207

§. XXII.

*Papa Albertum Austriacum agnoscit**Regem Romanorum.*

Interim Papa Boni acius contra Regis Philippi potentiam se muniendi initium fecit a reconciliatione gratiae cum Alberto Austriaco, dum eum agnoscebat Regem Romanorum. Ut vidimus, *Sup. S. 4.* Raym. 1303.
n. 1.2. Et c.
 duobus abhinc annis ejus electioni parlam adversatus, eundem vocaverat rebellem Domini sui, Regis Adolphi interfectorum; quæ res tribus Electoribus ecclesiasticis cruentum acciverat bellum. Modo Papa confitebatur Albertum concordibus electum suffragiis Romanorum Regem, & Aquisgrani coronatum quinque propemodum annis auctoritatem regiam exercuisse. Sed antequam diploma confirmationis ederet, Albertus ad eum Procuratores misit instructos litteris patentibus, quarum hæc erat summa: Profiteor per Sacram Se- Raym. n. 9.
 dem tum Imperium Romanum, cum tra-
 deretur Carolo Magno, a Græcis ad Germanos

10.

K k 2

manos

Sæcul. XIV. manus translatum, tum Romanorum Regem, futurum Imperatorem, cooptandi jus certis Principibus sacris & profanis attributum esse, tum Reges ac Imperatores potestatem gladii temporalis accipere. Sequitur juramentum fidei erga Papam, & confirmatio promissorum omnium factorum a Rudolpho & aliis antecellibribus. Etiam Imperatoris Ludovici Pii, ac Regis Ottonis concessiones ratae Albertus habet. Pollicetur fore, ut Sacrae Sedis jura defendat contra quoslibet ipsius inimicos, etiamsi Reges sint aut Imperatores, nec foedus cum eis ianuicat, sed eos bello petat, si Papa jubeat. Hæc clausula videtur Philippum Regem respicere. Alberti litteris acceptis Bonifacius 30 Aprilis an. 1303 diploma suum dabat, in quo per plenam potestatem apostolicam illum pro Rege Romanorum accipit, eum agnoscit, ei per Imperium universum obedientiam præhavult, & supplet, quidquid forsitan electioni ejus defuerit.

§. XXIII.

Bonifacius Fridericum agnoscit Regem Siciliæ.

*E*odem tempore amicitiam cum Friderico Siciliæ Rege appetebat. Anno priore